Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Vigilate & orate. ut non intretis in temp
tationem. Spiritus quidem promptus
est. caro autem infirma. Iterum secun
do abiit. & orauit dicens. Pater mi.
si non potest hic calix transire. nisi biba
illum. fiat uoluntas tua. Et uenit ite
rum. & inuenit eos dormientes. Erant
enim oculi eorum grauati. Et relictis
illis. iterum abiit. & orauit tertio eun
dem sermonem. dicens. Tunc uenit ad disci
pulos suos. & dicit illis. Dormite iam.
& requiescite. Ecce adpropinquabit hora.
& filius hominis tradetur in manus pec
catorum. Surgite eamus. Ecce adpro
pinquabit. qui me tradet. Adhuc
ipso eo loquente. ecce iudas unus de duo
decim uenit. & cum eo turba multa.
cum gladiis & fustibus. missi a principibus
sacerdotum. & senioribus populi.